

Dñica in Ramis Palmarum

nō tardabit. Super hunc cōdescenderat dauid qui dicebat. Expectans expectaui dñm rē. Et alibi. sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū ita desiderat anima mea ad te deus. Etia sup hunc cōdescenderat q̄ dicebat cupio dissolui rē cū xp̄o. Ad phil. j. et iterū. Infelix ego homo q̄s me liberauit de corpe mortis huius. Ad roma. vij. Super hunc ramū nidificauit philomena q̄ talis nature e q̄ deuote ante diem cantat et q̄n do videt clarē scere et solis radios lucere tanta hilaritate cantat q̄ pene dirumpitur. Et significat animā que in huius vite tenebris solem iusticie expectat et quando eū senserit descendisse p̄ gratiā. tunc tanto exultat gaudis q̄ nec ex toto corde pōt dicē. nec ex toto celare. Et h̄ leticia vocat iubilatio. Talis erat ille bt̄s senex symeon q̄ tāto tpe saluatorē suū expectabat qui dicebat. q̄n videbo putas durabo Et p̄ tāto desiderio n̄sum accepit a spiritu sc̄to nō vsur se mortē nisi prius videret xp̄m dominū nostrū. Tali voce illo desiderio illa philomena. s. symeon cantauit tota nocte et quando vidit solē iusticie. tunc accepit eum in vlnas suas et ait. Nunc dimittis seruū tuū domine s̄m verbū tuū in pace Quia viderunt oculi mei salutare tuū. Quod parasti ante facies omniū populorū rē. Luce. ij. Faciam ergo sicut ille beatus senex amplectemur saluatorem in brachijs cordis nostri. Super hunc ramū oritur crocus qui est pallidi coloris. quia homo tanto desiderio pallefcit. Unde sponsa in cānticis. Nolite me considerare quia fusca suz Cantico. j. r̄ itez Fulcite me floribus stipate me malis. quia amore langueo. Cantico. ij. Et itez poeta ait. palleat omnis amans hic est color ap̄tus amanti. Sextus ramus palme cōtēplationis est visitatio sup̄na quando dominus animam desideratē p̄ gratiā suā visitare dignat. Super hunc ramū nidificat hyrundo que talis est nature q̄ volando victū suū accipit et significat animā superno desiderio flagitantē que nihil in terra debet accipere nisi quasi volādo sine mora dilectionis transeundo. Super hunc ramū nascit solsequiū. Solsequium dicit quasi solē sequens quando oritur sol solsequiū aperitur. Et quando sol subtrahit solsequium subclaudit r̄ signat animā fidelē que debz habere cor p̄ diuinū amorē et celeste desiderū desuper patefactū. et si aliquando gloria se ab eo subtraheret debz cordis aditū contra seculi delectationes et oblectamenta se causa delectatōis claudere. et vt sit vere solsequiū debet solē iusticie sequi. Super hunc ramum ezechias cōscenderat quando dicebat. sicut pullus h̄rundinis sic clamabo. Esai. xxvij. Talis erat magdalena que quādo venit ad monumentū r̄ nō inuenit dominū quando ab angelo sibi loquente responsum accepit. quia dominus surrexit tanto flagrabat desiderio cor eius.

et dilectionis sermone q̄ nullū ab aliquo vellet solatiū suscipere. Angelus tamē ingenti lumine choruscabat. quia cor eius verū lumen vel soles requirens quodcūq̄ aliud videbat inspicere vilipendebat. vnde contingit q̄ cum crebro inquireret in loco in quo nō erat quesitura euz ibi postremo quesitū inuenit. Quia p̄culdubio qui vera dilectione et deuota oratione p̄siterit et caruales delectationes postponens deū queret inueniret sicut ip̄e dicit. Ego diligentes me diligo et qui mane vigilauerint ad me inuenient me. p̄ verb. viij. Sup hunc ramū cōscenderat qui dicebat. Rennuit consolari anima me. ps. lxxvj. Septimus ramus est defectio. s. quando anima tantū diuini amoris vinculis cōstringit vt corpus oporteat deficere. Sup hunc ramū cōscenderat qui dicebat. defecit in salutari tuo anima. mea. ps. cxvij. Super hunc ramū nidificat fenix que vnica auis est in mundo. p̄ quā qui spiritaliter in vinculis vnitatis coniuncti sunt intelligitur. Fenix em talis est nature q̄ cū diē mortis iminere cognouerit diuersas species aromatum sibi multiplicat in calidiori pte eas collocatas ex alarum collisione accendit et intus insiliens seip̄am cōcremat et ex cineribus eius vermiculus p̄greditur. et de vermiculo iterū fenix renascitur. Fenix etiā alio loco christum significat cui nullus hoim coequari poterit in quo omniū specierū virtutes requieuerunt. qui p̄ dilectōe nostra in altari crucis crematus est. p̄ fenicē etiā anima fidelis designat que virtutū species congregat et eas in feruore charitatis deferens in altū se collocat in altari cordis et omnipotenti deo in odorem suauitatis libenter offert. Et h̄ sacrificiū pingue dicitur. vnde psalmista. holo cauita medulata offerā tibi. Tunc reuera sacrificium est pingue quando anima p̄ sancta desideria subleuata per sancta opera impinguata. per humilitatē aliquando deficit et diuinorū operū largitate. r̄ p̄ h̄ signat regia sabba. qz ad audiēdū sapientiam salomonis venit ex multo maiore q̄ audierat inuenit r̄ mira admiratione deficit. Flos r̄ fructus huius rami est xp̄us qui dicit Ego sum flos campi. de hoc fructu dicit. Et benedictus fructus ventris tui. Folia huius rami sunt clamor plactus suspiria r̄ singultus. sic ip̄e b̄ndictus fructus b̄ndicet p̄lo suo in pace.

¶ Dñica in ramis Palmarum. Sermo. ij.

Durima turba
strauerit vestimenta in via. matth. xxj. In sancto euāgelio hodierno in quo optinet tota materia hodiernae solennitatis ostendunt tr̄ta magna seruitia q̄ fuerunt hodie christo exhibita a tribus conditiōibus gentium. scz

¶ Prima p̄ suos discipulos deuote.

Scda p bestias simplices subiecte.
Tertia p gentes mundanas publice.
 De tertio seruitio dicit thema plurima turba strauerunt etc. **P**rimū seruitiū hodie factū fuit per suos discipulos deuote **D**e quo dicit euangeliū **C**ū appropiaret ihesus hierosolymis et uenisset betphage ad mōtem oliueti mittēs duos de discipulis suis ait illis. ite in castellum quod praeter vos est et statim inuenietis azinā alligatā et pullū cuius ea soluite et adducite mihi etc. **F**uentes autem discipuli fecerūt sicut p̄ceperat illis ihesus et adduxerunt azinā et pullū et imposuerunt super eos uestimenta sua etc. **I**n quo ostendit x̄ps q̄ non coacte nec uolenter sed uoluntarie et libere ueniebat ad passionē **S**icut diues cōpaciens paup̄ib⁹ ad furcā sentēciat⁹ eo q̄ nō possunt debitū soluere et ip̄e libere soluit p̄ ip̄is. **I**n totū genus humanum fuit sentēciatū ad furcā inferni eo q̄ nō poterat soluere deo debitū infinitū etc. p̄pter qd̄ ille diues homo x̄ps in quo sunt oēs thesauri cōpaciēs nobis miseris paup̄ib⁹ uoluit suspēdi in ligno crucis ne aliq̄s sibi credens et obediens suspenderet in furca inferni. s. petri. iij. x̄ps semel p̄ peccatis nostris mortu⁹ est iustus p̄ iniustus: ut nos offerret deo. id̄ ut dicit beda. appropinquante hora passionis appropinquare uoluit loco passionis s̄o hodie uoluit uenire iherl̄m. **B**e h̄ Esa. iij. **O**blat⁹ est q̄a ip̄e uoluit sic ouis ad occisionē ducet⁹ et q̄si agn⁹ corā cōdēte se obmutescet et n̄ aperiet os suū. s. p̄tradicens. **E**t ueniens hierl̄m fuit in q̄dam uilla q̄ dicitur betphage q̄ distat a hierl̄m unūz miliare qui sunt mille pasus sabbati habēs iter que est etiam in pede montis oliueti et tor⁹ fess⁹ et lassus. tā ex labore uie q̄ ex labore p̄dicatiōis et ieiuniorū oportuit eū equitare et ideo ut ascenderet verticē montis oliueti uocatis duobus discipulis suis. glo. dicit q̄ erat **P**etrus et **P**hilippus. dixit eis. **I**te castellū quod praeter. i. a. n̄ vos est. etc. usq̄ et cōfestim dimittet eos. **E**cce hic seruitiū quod hodie discipuli x̄po fecerūt. **N**otanda sunt hic tria secreta. primū de azina et pullo. secundū de solutione azine. tertium de uestimentorū impositione. **Q**uantū ad primū azina significat animā peccatricē uinculis peccatorū ligatā. pullos autē significat corpus quod nodū ligatū ē. **S**ed anima in peccato mortali existens est ligata et q̄t̄ habet pctā tot uinculis ligatā. **D**e qua figuratie dicit x̄ps. **I**nuenietis azinā alligatā. q̄ non pōt facere aliq̄d opus meritorū et iuxta membrū p̄ quod peccat sic ligatā aia. **A**utoritas. **I**niquitates sue capiūt impiū et funib⁹ peccatorū suorū q̄s q̄ p̄stringit. **P**rouer. v. **C**ōstringit q̄tū ad animam. **Q**uā ad sc̄d̄m uidentū est quōd hec asina sc̄z anima est soluenda a uinculis peccatorū. **D**ico q̄ optet q̄ solutio ueniat sibi de betphage. q̄ interpretat⁹ domus oris. **E**cce hic oris confessio a qua uenit autoritas soluendi uincula peccatorū

Ideo optet confiteri. **I**uxta illud dauid. **C**onfitebor dño nimis in ore meo. ps. cvij. **N**ota cōfitebor dño. s. p̄ p̄fessorē eius locum tenentem. n̄ mis. i. valde in ore meo. **Q**uidā p̄ntentur de peccatis in genere solū et hoc nō sufficit. quidā autē in indiuiduis et male. q̄ nō debent noiare aliq̄ p̄sonā. **S**ed oportet cōfiteri peccata in specie dicendo ego sum supbus in corde despecti patrem vel matrem vel p̄latū dñm vel magistrū vel uirū meū si est mulier. q̄ uolui esse domina. **S**ed nō nominare patrem nec matrē etc. **I**dē de peccato auaricie nō sufficit dicere peccaui in peccato auaricie. imo optet dicere speciem auaricie ut p̄ rapinā vel furtū vel usurā vel p̄ symoniam ut retentionē. **S**ed nō optet descendere ad indiuidua. **I**dē de luxuria. q̄ nō sufficit dicere ego feci luxuriā sed optet dicere in specie sic. **E**go sum de matrimonio. ego peccaui cū alia maritata ut uidua. **S**ed nō optet ip̄am nominare. **I**dē d̄ in cestu raptu sacrilegio etc. **E**t dicit p̄fitebor dño nimis. i. valde et nō solū in genere sed in specie. **Q**uare x̄ps misit discipulos suos q̄ fuerunt sacerdotes. **R**ūdeo ad inuendū q̄ nullus alius potest soluere animā peccatricem a uinculis peccatorū nisi sacerdotes. q̄ solis sacerdotib⁹ dixit. **Q**uorū remiseritis pctā remittunt⁹ eis etc. **J**ohā. xx. **A**lias nec sanctus iohes bapti. nec beat⁹ **L**aurentius possent absoluere de vno peccato. q̄ nō fuerūt sacerdotes. **S**olū sacerdotes h̄nt p̄t̄tē. etiā si sint mali et ribaldi et peccatores. **N**ota ad hoc similitudinē de vicario regis malo et peccatore a quo malefactores petunt remissionē et ueniā. q̄ ip̄e gerit uices regis. **I**dem de rege x̄po iux̄ auctoritatē datā sacerdotibus et nō alijs quārcūm q̄ sanctis. **D**icens amen dico uobis. quod cūq̄ solueritis super terraz erit solutum et in celis. **M**atthi. xvij. **Q**uā ad tertium de uestimentorū impositionē sup̄ asinā. **E**cce hic iniunctio p̄nie. **N**ā quodlibet opus penitentiale est uestis q̄ imponitur asine. i. anime. **D**e q̄b⁹ dicit **J**o. Apoc. xvj. **B**tūs q̄ uigilat et custodit uestimēta sua. i. opa p̄nialia ne nudus ambulet et uideat turpitudinē ei⁹. **D**ic quōd aia detestat⁹ a sanctis angelis q̄n̄ uenit nuda ad iustar meretricis nude indecētis. **S**c̄d̄m seruitiū christo hodie factū fuit p̄ bestias simplices subiectas q̄n̄ x̄ps ueniens hierusalē eq̄tauit sup̄ asinā et sup̄ pullū. **Q**uestio quōd in tanta pua uia eq̄tauit in duob⁹ animalibus **D**icit hic magister historiaz q̄ x̄ps p̄mo eq̄tauit sup̄ pullū in quo nullus anteq̄ eq̄trauerat. et q̄ erat indomitus. ideo x̄ps descendit et eq̄tauit sup̄ asinā. **E**t fuit cōpleta p̄phetia **Z**ach. ix. **E**xulta satis filia syon iubila filia hierusalem. **E**cce rex tuus uenit tibi iustus et saluator ip̄e pauper ascendens sup̄ asinā et sup̄ pullū filii asine. **A**rumentū est insolubile contra iudeos cogitātes messiā uenire cū potentia et militia magna tāq̄

Dñica in Ramis Palmarum

imperator potentissimus. **E**cce hic seruitiuz bestiarum simpliciu. vbi notanda sunt tria secreta iuxta tres intellectus scripture. s. allegoricu tropologicum anagogicum. **S**ecundu intellectu allegoricuz asina ligata significat gentē iudaicam vinculo legis moysi alligatam. **P**ullus autē indomitus et absq vinculo populū gentilem. qui nec lege nec pceptis erat ligatus. **D**ominus pmo equitavit sup pullum. qz primo populus gentilis recepit fidem xpi et portavit christum p credentiam et obedientiam. **D**einde equitavit sup asinā. id est gentem iudaicā que in fine conuertetur ad christū. **A**utoritas. **F**ratres nolo vos ignorare misteriu h vt nō sitis vobismetipsis sapientes. quia cecitas ex parte contingit in isrl. donec plenitudo intraret et sic omnis israel saluus fieret. **R**omano. xj. **A**dhuc christus equitavit super pullum. id est populū gentilez. **E**tum ad secundū iuxta intellectum tropologicum siue moralem pullus indomitus significat iuuenes. asina vero senes. christus autem vult supra vtrumqz sedere equitare portari p firmam credentiam et deuotam obedientiā. **D**ic contra errorem iuuenum dicentiu quando ero senex tunc faciā penitentia. qz christus sup pullum voluit equitare. **D**ie quomō parentes debēt nutrire filios vt sci ant se signare et pater noster et auē maria. credo etc. ne iurent. hoc mō xps equitat sup pulluz. id est iuuenem. **E**t sup asinā. qz etiā quādo sunt senes viuūt bene et deuote. **I**do dauid. **I**uuenes et vginēs senes cū iunioribus laudēt nomē dñi ps. cxi viij. **Q**uādo ad tertium iuxta intellectum anagogicū pullus significat spiritū rationalem qui a deo creatur et creando infunditur semp iuuenis qā nō senescit. **A**sina autem significat carnem corporis senem et antiquā ab adam etc. christus autem primo equitat super pullū id est spiritum. quia primo dat sibi gloriā. quia quādo homo moritur si fecerit condignam penitentiaz christus dat spiritui gloriā. **D**einde equitabit super asinā. quia in die iudicij christus equitabit per gloriā suā super corpus. quia tantū electi et boni resurgent cum corporibus gloriofis. **A**utoritas. **O**mnēs nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisqz propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. ij. **C**hor. v. **T**ertiu seruitiuz hodie christo factū fuit per gentes mundanas publice. **D**e hoc i tertia parte euangelij. plurima autē turba strauēt vestimenta sua in via. alij autē cedebant ramos de arboribz et sternebant in via. **E**t qui preibāt et q sequebant clamabāt osanna filio dauid benedicte qui venit in nomine domini. **D**ic practice quomodo populus ex deuotiōe ad christū venientem ibat. **Q**uidam nudabant se et sternebant vestes in via. p quā christus erat transurus ne asina tangeret terram. **A**lij scindebant ra-

mos. s. oliuarum palmarū lauri et sternebant in via. **Q**uidā ex ipsis cantabant dicentes. **O**sanna filio dauid. **B** fili dauid salua nos in gloria. **A**lij cantabant benedictus qui venit in nomine domini. **E**t cum isto honore et solennitate christus hodie equitavit in ciuitatē hierusalem. **N**otāda sunt hic tria secreta iuxta tres honores christo factos. **P**rimum de vestibus in via stratis. **S**ecundū de ramis arborum. **T**ertium de vocibus cantantiū. **S**ic debemus nos facere si volumus intrare cum societate christi in ciuitatē hierusalem. de qua dicit apostolus. **I**lla que sursum est hierusalē libera est. **G**all. iij. **N**ota libera est a dolozb inferni miserijs tribulationibz fletibz. **F**aciamus ergo christo tres predictos honores. **P**rimo sternamus vestes nostras christo venienti in sacra scriptura. corpora humana dicuntur vestes anime. quia ad instar vestis coopit aiām. **I**deo de corpore christi dicit apostolus. habitu scz humanitatis iuuentus vt homo. **P**hilip. ij. vestes ergo corporum in via presentis vite sternuntur christo p abstinentiam corporalem ieiunando disciplinando vigilando affligendo corpus. **I**deo apostolus **O**bscuro vos fratres per misericordiam dei vt exhibeat corpa vestra hostiam viuētem sanctam deo placentē rationabile obsequiū vestrū. **R**oma. xij. **I**te **C**olossē. iij. **M**ortificate membra vestra que sunt sup terrā. **S**cdo pñciam ramos arborū. arbores sunt diuitie redditus possessiones a quibus scindūf rami flores et folia et ponūtur christo in via quando amore sui facitis elemosinas paupibus. quia hoc recipit ipse in psona sua. **A**men dico vobis quādiu fecistis vni de minimis meis mihi fecistis **M**atth. xxv. **T**ertius honor fit christo ore ipsum laudādo dicendo. **B**ndicte q venit etc. **E**t deuote orādo dicendo. **O**sanna. i. salua nos. qā primū qd debemus petere in nostris orationibz est saluationē. **M**atth. vj. **P**rimū querite regnū dei etc. **I**n his tribz honoribz ostenduntur tres ptes satisfactionis. **I**n primo ieiunia. in secundo elemosyne. in tertio orationes. **E**t dicitur thema de nobis. plurima.

In die palmar. Sermo. iij.

Benedicte qui venit in nomine dñi. **M**atth. xxj. hoc vrbū sumptū p fundamento nostri sermonis est vna pua et multū deuota cantilena a spiritu sancto hodie facta et deuote christo cantata cum solennitate ingressus ciuitatē hierusalē quā etiā hodie nos cantamus pluries representantes illam solennitatez et aduentū xpi in ciuitate hierusalem. **D**icendo. **B**enedicte qui venit in nomine domini. **T**ota solennitas hodierna ramozū consistit in tribus punctis. **P**rimus est de honore et